

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Alius peccat, alias plectitur. Emblema CLXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

falcem in alienas messes longius immitte-
re, vna aut altera nostrorum autoritate
totam rem concludam. Audi ergo Plau-
tinam musam: Qui monet, quasi adiuuat.
Qui monet, aliud uat.
Lucanum:
..... Facinus quos inquinat, aquat.
Ouidium 5. Tis. eleg. 15.
Qui monet ut facias, quod iam facis, ille

monendo


Laudat, & hortatu comprobat acta suo.
Læjii demùn Ciceronianî senilis est sen-
tentia: Improbis pena statuenda est: nec
minor verò is, qui fecuti erunt alterum,
quam iis, qui ipsi fuerint impietatis du-
ces. At nunc CAVE CANEM.

Alius peccat, alius plectitur.

EMBLEMA CLXXV.



ARRIPIT ut lapidem catulus, morsuq; fatigat,
Nec percussori matua damna facit.
Sic plerique sinunt veros elabier hostes,
Et quos nulla grauat noxia, dente petant.



COM-

C O M M E N T A R I I .

I. Q VIDA M lapidibus canem petuit,
& citato cursu aufigit, at canis non
insequitur proicientem, sed in lapideum
projectum mordicus sauit.

II. F O N S Emblematis. FONS Emblematis est Pacuvio habet-
tur, sicuti à Marcello Nonio citatur: Nam
canis quando est percussa lapide, non tam
illum appetit, qui se icit, quam illum ip-
sum lapidem, quo ea ipsa icita est, petit.
Comparatio eadem est apud Platonē de
Repub. 5. (vt citatur ab Aristotele lib. 3.
Rhetor. ad Theodect. cap. 4.) quo loco in
eos agit, qui sequuntur in humana caduera:
*η ὅν τι διαρροούσεν τὸς ἔτως τοιν
τας τον κυναν, οι τοις λιθισ οῖς αν βλη
θάτι χαλεπάντες τοις βαλόνος εν απ
τόμεναι.* Non differre dicit eos à cani-
bus, qui sequuntur in tactos lapides, cum ver-
ò, qui iecerit, prætermittunt. Plinius lib.
29. cap. 5. Minus hoc (inquit) miretur,
qui cogitet lapidem à cane mortum vñq;
in proverbiū discordia venisse. Sed hoc
ad aliud spectat. Vide adagium, *Canis sa-
uiens in lapidem &, Vrſus cum adſit, ve-*

*Cur canis ſigia quaris &, Cum larvus luctari. Qua
lapidem miſſum, mordea.* Verò de cauſa lapidē miſſum canes mor-
dere ſoleāt, tres cauſas reddit Plutarchus
in libello De cauſis natur. Prima eſt, quod
canis, cùm ratione vti nequeat (id enim
ſoī homini datum eſt) id quod ante oculos
minaciter verſatur, inimicam putat,
deq; eo ſumere vitionem parat. Secunda,
cùm lapis per terram curſitat, feram put-
at eſſe canis, quam prius capere conatur,
deinde ſe fruſtratus hominē rufus pe-
tit. Tertia, cùm id, quod ab homine miſſum eſt, & hominem ipsum æqualiter odio habeat, id quod proximus eſt prius
inſectatur.

III. ARRIPIT ut lapidem catulus] ut ca-
nis corrifit lapidem projectū & emiſſū.
Morſug, fatigat mordet.

Mutua damna facit neq; par pari re-
ferit, ſeſiue illacanam iniuriā. *Facere dam-
num*, in hoc significati non eſt Latinis v-
ſitatum (verba reddo Sanctij) ſed, dare
damnum. Nam facere damnum, eſt iactu-
ram facere. Ego ſic reponendum exiliimo
verſiculum:

Nec percuſſori mutua dama parat.

Hæc quidem Sanctius; ſed contra hunc
latus calidè inuehitur Minos, hiſce omni-

nō verbis: Reprehenditur hic Alciatus in-
ep̄te Latinitatis à quodam, qui ſe ſuo iu-
dicio pro docto venditat, quod, *damnum
facere*, non dicamus. Sed imperitus nuga-
tor non legerat hunc M. Tullij locum 5.
act. in Verem: *Quid si docebo, iudices,
eos, qui quadraginta millia modiū lucri
faciūt, damnum facturos fuſſe, ſi tua ini-
quitas fit, vt ex cohorte Recuperatores
non intercederent? Sed Minois amarulen-
tia non tanti eſt, vt à vera Sanctij ſentētia
diſcedamus: etenim Ciceronis auctoritas
allata paſſuē, non actiue intelligenda eſt,
ſiquidē Ciceroni facere *damnum*, eſt pe-
nicitati, *damnum* & incommodeum ex re
aliqua accipere, iacturam facere. Patet ex
eodem Cicerone de claris Orat. *Damnū*
enī illius immaturo interitu res Roma-
ne, Latinæq; literæ fecerunt. Et Plautus
Capit. ait:*

*Eſt etiam, ubi profecto damnum preſtat
facere, quam lucrum*

*Veros hostes] Ipsiſſimos aduersarios, à
quibus ora eſt iniuria.*

Noxia.] Noxia de maleſicio dicitur. *Noxia*:
Noxam dixere antiqui quod nocet: eſt *Noxia*,
detrimen tum, culpa, pena. Lege ipſum
met Alciatū Commentario in tit. De ver-
bor. & rer. ſignific. I. 237. quem locum &
nos ſupra circuinus ad Emblema 13 i. cu-
i uſtitulus, *Remedia in arduo, milia in
prono eſſe.*

Deute ſetunt.] Injurijs vel conuicijs
proſcindunt: quod vñum iniuſtitia non
paruum facinus, quia iniquum eſt aliquis
alicno odio pregrauari, ait Imperator Iu-
ſtinianus in I. Si quis ſuo, §. lege autem,
Cade inoffic, teſtam. Et Callistratus I. 26.
ff. de penis: Cūmē, vel pœna paterna nullam
maculam filio infligere potest, nam
vñſquisque ex ſuo admiflo forti ſubieci-
tur, nec alieni criminis ſuccelior conſi-
tuitur.

PLERIQUE ſunt, qui cūm non poſ-
ſint ijs noxam infere, à quibus ſe leſos Impoten-
putant, vt acceptam iniuriā vñſcantur, *tum ho-*
vel pueros, vel famulos, vel etiam, ſi fieri minum,
poſſit, ſuorum aduersariorū amicos ad- *affectus,*
orientur, impotēti quidem & iniquo co-
natū, Qui mos perinde eſt ac puerulū,
qui ſubita iracundia perculſi, virgas adu-
runt, quibus plexi ſunt. Eiusmodi ſunt,
qui

qui causas adiunantes, vel per se omnino
ad agendum ineptas pro officiis im-
periti vespertinat, ut Medeæ nutrix dū cul-
pam conferret in trabes abiegnas è ne-
more Pelio auctas, quibus Argō nauis fa-
cta eset, in qua Mē ea cum Iasonē aufu-
giser. Sed ut ad nostros mores sermonem
conuertam, omnibus in confeiso est, quo
quantaq; infortuna in dies nobis impē-
deant & interdum grauiter vigeant: quo
rum causam inconfusō re jecimus in eos
fortasse, qui nullo modo sunt in causa,
cum potius erroris & lapidis nostris agno-
scere, & pia sinceraq; *veritas* tot con-
tractas vitiis ū fortes cluere deberemus,
nec ut canes in lapidem fœcites, incusa-
re iuflissimam suprēmi & incorrupti iu-
dicis Dei animaduersionē. Id si placet ad
ire in iustitiam conuertere, vna etiam Se-
necam audiemus ita disputārem. De ira:
Iam verò si affectus irę damnaq; velis in-
tueri, nulla pestis humano generi pluris
stetit. Et deinde: Id non est ira, sed quasi
ita: sicut puerorum, qui si ceciderunt, ter-
ram verberari volunt, & sepè nelciunt
quidem, cui irascatur, sed tantum irascū-
tur sine causa, & sine iniuria, non tam
sine aliqua iniuriæ specie, nec sine aliqua
peccato cupiditate. Deluduntur itaque imi-
tatione plagarum, & simulatis deprecationis
lacrymis placantur, & falsa vltione
falsus dolor tollitur. Idem Seneca eodem
lib. c. 16. iam ostendit ita importem est
se, ut sepè infesta patrono, reum damnet:
& si veritas oculis appareat, inquit, tamen
errorem tuerit, & in male coepitis hon-
estior illi videtur pertinacia quam penitē-
tia. Apponit exemplum in Pisone quo-
dam, qui cum iratus duci eum iussisset,
qui ex commenatu sine commilitone redie-

*Insignes
Seneca lo-
ci.*

*Pisoni in-
justitia:*

rat, quasi interfecisset quē nō exhibebat:
roganti tempus aliquod ad cōquirēdum
non dedit. Damnatus extra vallum deduc-
etus est, & iam cervicem porrigebat, cūm
subito ille commilito apparuit, qui occi-
sus videbatur. Tunc centurio suppicio
iubet, damnatum ad Pilonē reducit, red-
diturus Pisoni innocentiam militi for-
tuna reddiderat. Ingenti concusso deduc-
untur, complexi alter alterum cum ma-
gno castori gaudio commilitones. Con-
fendit tribunal fūrēs Pisō, ac iuber duci
vtrunque, & eum militem, qui non occi-
dit, & eum, qui non perierat. Quid hoc
indignius? Quia vnius innocens appar-
eat, duo peribant. Pisō adiecit & tertium.
Nam illum centurionem, qui damnatum
reduxit, duci iuber, constituti sunt in eodē
loco perituri tres ob vnius innocentiam.
Quod si ad vindictam publicā id proten-
dere liceat, audiamus Arcadij & Honoriū
rescriptum, ex l. 22. C. de peccatis: Sācimus
ibi else peccātā, vbi & noxia est. Propin-
quos, notos, familiares procul à calunnia
submouemus, quos teos sceleris societas
nefarium crimen admittunt. Peccata igi-
tur suos teneant auctores: nec vterius
progrediacur metus, quām repertor de-
lictum. Adiicere placet illud Seneca de
ita lib. 2. cap. 24. Nihil est iniquius, quām
aliquem paterni odii heredem fieri. Cice-
ro ad M. Brutum: Est acerbum, parentum
minus grauiter lib. 6. cap. 18. Qui referte
iniuriā nititur, cum ipsum, à quo Iesus
est, gestis imitari: ita qui malum imitatur,
bonus else nullo pacto potest.

